

phorum: Ego habeo tibi dicere. Quid sunt  
quatuor elementa? Quatuor elementa sunt:  
prima destillatio: secunda destillatio: tertia  
destillatio, & quarta lauamentum.

*Incipit Porta elementorum colloctio inter  
discipulum & magistrum de elementis,  
de centum quinquaginta quinq<sup>u</sup> complexionibus, & de proprietatibus qua-  
tuor elementorum.*

**M**odò quære sicut quærunt à Magistro, & sis bonus discipulus. Dicit Discipulus, de quo est principium magisterij nostri? dicit Magist. de Sapientia elementorum. dicit Discipulus: Quot sunt elementa? Magist. Ignis, Aer, Aqua, Terra: Discip. Cui natræ est vnumquodque illorum elementorum? Magist. Natura ignis caliditas & siccitas: natura aeris caliditas & humiditas: natura aquæ frigiditas & humiditas: natura terræ, frigiditas & siccitas.

### *Derebus absconditis in elementis.*

Dicit Discipulus: Quæ sunt res absconditæ, quæ sunt in elementis? Magister: res absconditæ quæ sunt in elementis, in igne a- scen-